



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Frænata ferocitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A Unde etiam Catullo Pinnipes appellatur. Eodem modo apud Homerum invenies *Ἰππόταν* Nestorem, pro Profugo, ut vetustiores Grammatici interpretantur, eo *ἔβρωπιος* loco.

*Τόιν ὃ κεί μετέπεισ γαρήνυθ' Ἰππόταν Νέστωρ.*  
Hic inde Gerenius exul Nestor ait.

Talemque recitant fabulam: Herculem Pylo bellum intulisse, propterea quod Neleus eum à cæde Iphiti purgare recusasset. Tum etiam propter filiorum ejus insolentiam, qui cum duodecim essent, eo freti numero, præclara omnia sibi pollicebantur. Diu vero bellum protractum, neque quamdiu Periclymenus, unus ex ipsius Nelei filiis, vixit, urbs unquam capi potuit: postea vero quam is mutatus in Apem Herculeano curru explorator insedit, summonente prodenteque Pallade extinctus est ab Hercule: capta itidem everfaque Pilo est, undecimque Nestoris fratres interempti. Sed enim Nestor prius emissus fuerat ad Gerenius, ubi educaretur, qui solus superstes in patriam inde restitutus est, & ab educationis loco Gerenius, ab effugio vero, quo salvatus est, *Ἰππότα* nominatus.

*Odyss. 7. vers. 68.*

B FRÆNATA FEROCITAS. CAP. VIII.

Vulgatissimum illud est argumentum, hominem feroci invictoque animo, imperio tamen & rationi obsequentem, hieroglyphicè per frænatum Equum significari. Hinc Panætius apud Cic. Africanum solitum ait dicere, *Ut Equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant, ut his facilius uti possint: sic homines secundis rebus effrenatos sibiq; presidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.* Animal nimirum ferox atque magnanimum, quod leges tamen subit, nec frænâ depulit ore, ut ait Horatius, de Equo qui hominis operam imploravit, seq; frænari sit passus. Et Maro:

*Sed tamen iidem olim curru succedere sueti  
Quadrupes, & frænâ jugo concordia ferre.*

*Æneid. 1.3.*

In hujusmodi sententiam est Scipionis dictum non incelebre. Quum Romani contra Antiochum *Plat. in 7.* jam in Asiam trajecissent, isque legatos demum de pace misisset ad Scipionem, respondit is: *Id prius pius vi-*

C factum oportuit, non postquam & frænâ & fessorem accepisset. Sed illud quoq; animadvertendum est, de Carthaginis portento, quod murorum fundamenta fodientibus oblatum est, quippe, ut apud Maronem, *caput acris Equi*, hinc gentem fore bello egregiâ præmonstratum. Quod vero subjungit, *Facilem victu*, non de Bovillo capite, ut Servius, sed de ipso eodem Equino intelligendum: cujus ostenti ea sit interpretatio ut *facilem victu per secula genti*: facilem, quæ tandem vinceretur, exponamus:

hoc enim magis ad Virgilianam accidit sententiam, quamvis in Tauri commentario Servianum intellectum illustrare conati simus. Conjectores vero, ut eo redeam, eos qui se caput Equinum, vel Caninum, vel Asinum habere somniarunt, in servitutem vel id genus ærumnas dedendos esse suspicantur. Sunt enim tria hæc animalia servituti mirum in modum obnoxia. Addam & illud eorundem Onirocritarum interpretamentum, quo visum ajunt in somnis Equum qui se portet, polliceri, ut amica amantis imperio facile sit subjicienda, morigeraque in posterum futura. Nam de pullo indomito pro puella adhuc intacta, Anacreontis carmina paulo inferius loco suo recitabuntur. In Divinis literis, ubi Elifæus montem auxiliaribus Equitibus plenum per adaperos pueri oculos

*Æneid. 1.1.*

*Attemidor. l. 1. cap. 39.*

D conspexit, quosque vates Abacus Domini Equos, & Equitatus nominat, animas intelligit Adamantium, quæ frænâ disciplinæ sanctioris accipiunt, jugumque suavitatis, quæ ab ipso Domino proficiunt, portant, ejusq; spiritu regi patiuntur: *Beatasq;* illas appellat, *quæ dorsum curvaverunt suum*: ut dorso verbum Dei fessorem accipiant, cujus frænâ patiantur, & quoquo versum ille impulerit iter arripiant: ejusq; denique habenis moderati, non ex libidine sua, sed tanti fessoris arbitrio flectantur, cursum ineant, & consistant. Eucherius sane inveniri ait in Divinis literis, Equum pro viro sanctitate prædito poni, eoque spectare Abacantis illud alibi dictum, *Qui ascendis equos tuos.* Sane Græci

*Abac. c. 3.*

Palladi nomen ab Equo domito inditum tradunt, & uti supra diximus, apud Pindarum legas frænatum Corinthi ab ea inventum, & Pelopi dono datum, & in Ilii captura *Ἰνστὰρ μῆνις Ἐκκουμ* Græci Palladi

*En. lib. 1.*